

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7078

Autre(s) référence(s) : Round 748

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1163-1173]

Lieu d'émission : Reading

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre Rualen de Genêts et l'abbaye du Mont-Saint-Michel au sujet de la prévôté de Genêts.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXII, p. 286-288.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXCIV, t. 1, p. 525-526.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 748.

Dissertation critique

« 1163 – 1172-1173 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 525. L'archidiacre Richard d'Ilchester est en fonction en 1163 ; cet acte, qui ne porte pas la formule *Dei gratia*, est antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis quod Rualenius de Genetio coram me clamavit quietam et abjuravit de se et heredibus suis Roberto abbati et monachis Sancti Michaelis de Monte prefecturam Genetii, quam tenebat hereditarie, et in manu mea eam reddidit ;

et ego inde predictum abbatem saisivi. Et propter hoc abbas dedit ei XX. libras Andegavensium. Preterea dedit ei et heredibus suis terram illam quam Gervasius filius Helie habebat pro excambio pistrini, ita quod Rualenius et heredes sui habeant et teneant eam bene et in pace. Reddidit etiam prefatus abbas ipsi Rualenio et heredibus suis totum reliquum feodum predicti Gervasii, salvo jure et servitio quod eadem terra debet ecclesie Sancti Michaelis de Monte, et inde fecit ei homagium Rualenius coram me. Et si quis in hoc feodo aliquid clamaverit, abbas inde rectum teneat in curia sua. Concessit etiam illi et heredibus suis abbas prenominatus vavassoriam Regin[aldi] presbiteri cognati sui, salvo servitio quod inde debet illa prefate ecclesie, et feodum Turpis Infantis cognati sui, salvo servitio ecclesie. Et propter hoc Rualenius abjuravit de se et heredibus suis et clamavit quietam abbati et monachis predictis ecclesiam Genetii quam calumpniabatur. Et similiter abjuravit de se et heredibus suis et clamavit quietum totum ministerium prefecture predicte et pistrini. Quare volo et firmiter precipio quod predictus abbas et predicti monachi habeant et teneant predictam prefecturam et ecclesiam et ministerium pistrini ita bene et in pace, et libere et quiete et plenarie et integre et honorifice, sicut convenit inter eos coram me et carta mea testatur.

Testibus : Gaufrido archidiacono Cantuariensi, Ricardo archidiacono Pictavensi et Gilone archidiacono Rothomagensi, Walerano archidiacono Baiocensi, Clarembaldo abbate Sancti Augustini Cantuariensis, Manassero Biset dapifero, Ricardo de Luci, Willelmo Malet, Bertranno de Verdun.

Apud Rading[as].